





*25*  
G. 20. num. 25. *25*  
*1681/17<sup>b</sup>* 24

DISSERTATIO  
DE  
**PECUNIA**  
**STATIS TEMPORIBUS**  
**SOLVENDA,**

*Von*  
**Gag = Seiten/**

*Quam*

PRÆSIDE

**PETRO MULLERO,**

U. J. D. Pandect. Prof. Ord. Scabinat.  
ac Facult. Jurid. Assessore,

*in*

*Auditorio Ictorum.*

publicè ventilandam proponit

**IMMANUEL HENRICUS HASE**

Tautenburgo - Osterlandus.

*ad d. Junii 1681.*

**JENAE, Literis EHRICHIANIS.**



DISSESTITIO  
P. E. CUNIA  
STATIS TEMPORIBUS  
SOLARINDA

PETRO MULERO


[LUDV. RUBENS. P. PET. O. I. SCAPINUS.]

THOMAS GOETHE

J. MANNER HENRICUS Q. A.

T. HEUPIUS. O. G. S. ANGUS.

DR. DR. THOMAS HENRICH ANGE



## PROOEMIUM.

**I**nquit Creditori quæsita est solidi obligatio, ut  
simpli totum solvatur debitum, h.e. sors cum accessione  
nibus pr. Inst. quib. mod. re contr. obl. cum minor so-  
lutio invitum creditorem non teneat magis, quam  
nulla solutio l. 3. §. 1. ff. commod. & per partes solutionem admitte  
grave & incommodi plenum sit l. 3. ff. famili. ercisc. quod ut  
quis alterius facto gravetur ac damnum patiatur, æquitas non  
patitur l. 74. Et l. 155. ff. d. R. J. quodque probatur ex l. 9. C. d.  
solut. quæ vult, tum demum depositionem pro solutione cedere,  
si totius summa depositio facta fuerit, quapropter & solutio in-  
tegrè facienda erit; & ex l. 41. §. 1. ff. d. usur. ex qua constat,  
non recipi posse particularem solutionem citra speciale pa-  
ctum. Neque movet in contrarium Alciati argumentum de-  
ductum ab acceptilatione, quæ nihil aliud sit, quam facta quæ-  
dam solutio, & pro parte fieri possit §. 1. Inst. quib. mod. toll. ob-  
lig. ut multo magis vera solutio pro parte admitti debeat, cum  
fictio naturam imitetur, non superet §. minorem natu. Inst. d.  
adop. imò in l. 2. §. 1. ff. d. V.O. dicatur, quod obligatio decem  
dari sit dividua, &, ut subjicit Corasius in ead. l. contractu, ob-  
ligatione & solutione; ut proinde partem solvere possit debitor  
nolente etiam creditore, nec textus iste possit sine intolerabili  
calumnia intelligi. Praesertim cum in fisco particularis reci-  
piatur solutio l. fin. d. oper. publ. lib. 10. l. pen. C. d. col. fund. pa-  
trim. multo magis ergo in privato; Et compensatio admittatur  
pro parte l. 7. C. d. solut. compensatio autem sit solutio l. 1. 2. Et  
3. d. compensat. solutio igitur pro parte admittetur, ad quæ o-  
mnia refutando respondet Dominic. Arumæus tract. d. mora  
cap. 7. n. 8. Fieri tamen potest ut particularis solutio admittatur,  
quod accidit vel ex conventione, vel ex lege, vel ex necessitate. De  
qua solutione statis seu certis temporibus solvenda in praesenti a-  
gere animus est, præmissis saltem iis, quæ in genere de solutione  
dici possunt. Annuat igitur Deus!



CAPUT I.  
DE  
VOCIBUS INSCRIPTIONIS.

Th. I.

**D**ecunia dicta à pecudibus, quod à Servio Rege primū pecudis notā signatum legatur, Plin. lib. 13. nat. hist., triplicem habet significacionem, unam latissimam, sub quā veniunt quæcunque res, quæ sunt in patrimonio nostro, l. 5. ibi: cum pecunia l. pecunie 178. l. 222. ff. d. V. S. alteram latiorem, quæ præter æs signatum etiam ea, quæ pondere, numero, & mensurā constant, continet l. 30. ff. d. legat. l. tertiam restrictiorem & propriam, quæ monetam auream & argenteam, & pecuniam tantum numerationi aptam includit, & vocatur pecunia numerata, vulgo Geld vel Baarschafft, i.e. das Geld so baar / quasi in parato vorhanden/ quæ alicui scilicet ferri, vel afferri potest Finckelthaus. observ. 20. n. II. & segq. D. Richter vol. 2. cons. 379. & in hac significacione pecunia intelligitur numerata, non quidem ut actum numerandi, appensionis & traditionis, sed potentiam & qualitatem demonstret. Hoc loco pecunian in media accipimus significacione.

Th. II. *Statis*, id est, statutis & certis. Ita vocabulum hoc accipi solet pro eo, quod vel ex beneplacito vel dispositione superioris fixum est. Apud Plautum status dies cum hoste est dies constitutor controversiarum cum peregrino judicio finienda. Sic statis vicibus aliquid fieri dicitur, quod certis fixisque temporibus iteratur. Heic tamen includit diversitatem actuum, ut id quod extra certos casus statim deberetur, statis saltē præstetur vicibus.

Th. III. *Tempus* in iure varias habet appellations: Dicitur enim sibi spatum l. 1. §. 8. ad L. falcid. laxamentum l. 3. §. 1. G. de usur. rei judic. intervallum l. 3. §. 9. ff. d. vi & vi arm. tractus temporis l. 24. ff. d. oper. libert. aliquando dicitur dies l. 23. §. 3. ff. ex quib. caus. maj. dilatio, ut puta cum stipulatio ex re dilatationem capere dicitur, i.e. tacite tempus aliquod illi insell. l. 73. pr. ff. d. V. O. & proprie ex doctrina physicorum denotat rei creatæ corporeæ duratiōnem,

nem, nonnunquam transfertur hoc vocabulum ad res promercales; Nobis est spatum, vel ut magis juridice loquamur, circumstantia arg. l. 16. ff. d. pœn. qua juris cuiuslibet initium, duratio, finis determinatur.

Th. IV. *Solutio* latè accepta pertinet ad omnem liberationem quoquo modo factam l. 54. ff. d. solut. strictè vel in specie denotat præstationem ipsius rei debita l. 49. ff. cod. Solvenda autem est pecunia eo quo debetur modo, alio verò, quām quo promissum est loco promissor, nisi justa causa urgente stipulatori, vel ei, cuius persona stipulatione comprehensa est, eam solvere non potest l. 2. §. 7. ff. de eo, quod certo loco. Debet etiam solvi adjecto tempore, post quod male solvitur l. 122. ff. d. V. O. ut enim bis dat, qui citò dat, ita minus dat, qui tardius dat l. 12. §. 1. ff. d. V. S. cum & tempore minus solvatur; quod Calistratus innuit in l. 85. ff. d. solut. solidum, inquiens, non solvi, non minus quantitate, quām die. Antequam verò ad specialem nostræ pecunia statis temporibus solvendæ, quæ communiter nomine *Dag. Zeiten* item *Terminus Gelder* exprimi solet, abeamus trationem, dicendum priùs est de his solvere possint, & quibus rectè solvi possit.

## CAPUT II.

DE

### HIS, QUI POSSUNT SOLVERE, ET QUIBUS SOLVI POTEST.

Th. I.

Rectè solvunt, qui liberam rerum suarum administrationem habent & distrahendi licentiam l. 14. §. 1. vers. nisi interdicta ff. d. solut. Neque interest, utrum ipse debitor solvat, an alias pro eo pr. Inst. quib. mod. toll. oblig. tam sine, l. 23. ff. d. solut. quām ex mandato d. Pr. Inst. quib. mod. toll. obl. etiam pro ignorantे debitore, l. 40. ff. d. solut. imo & pro invito l. 8. §. 5. ff. d. novat. & delegat. Procurator quoque omnium honorum l. 59. ff. de procurat. Negotiorum gestor l. 35. §. 1. ff. d. neg. gest. Pater filio emancipato rectè solvit, quæ filius in patria potestate existens patri mutuavit, quia hic naturalis remansit obligatio l. 38. §. 2. ff. d. condic. indeb. Fidejussor solvens

reum

A 3



reum quoque liberat l. i. §. penult. ff. d. exercit. action. Qui aliorum  
res administrant, recte solvunt; ut sunt Tutores, qui & sibi ipsis sol-  
vere possunt l. 10. ff. d. tutel. & ration. disrah. Curatores quin recte  
solvant, non dubitatur; cum & cogantur in tempore solvere, ne  
pupillus in pecuniam aliudve damnum incidat l. i. l. 23. C. d. admin. rut.  
vel cur. Creditor ex fundo pignoratio vendito sibi ipsi recte solvit  
l. 26. ff. d. solut.

Th. II. Et cum contrariorum eadem sit ratio, videamus, qui  
solvere non possint; inter quos primum locum viderur obtinere  
pupillus, qui sine tutoris autoritate nec alienat, nec solvit, nec rem  
facit accipientis, immo quod solutum est, vindicare potest, si nummi  
extent, si vero consumti fuerint, liberatur §. 3. Inst. quib. alien. licet  
vel non l. 19. §. 2. ff. d. reb. cred. Furius nequit solvere l. 29. ff. d. con-  
dict. indeb. Nec prodigus, cum furioso aequiparetur l. 40. ff. d. R.I. Fi-  
lius familias, si mutuum contraxit, & solvit, pater repeterem potest pe-  
cuniam, si patris fuerit, rei vindicatione, si extet, si vero fuerit con-  
sumta a creditore, certi condicione l. 23. ff. d. rei vindici. Procura-  
tor si absente domino suo nomine solvit, tanquam indebitum nu-  
meratum repeterem dominus potest l. 19. §. 1. ff. d. condic. indeb. secus  
si nomine debitoris quid solverit creditoribus, cum hi suum rece-  
perint l. 44. ff. d. condic. indeb. Reus criminis laesa Majestatis nihil  
ex bonis suis alienare potest l. 20. ff. d. accusat. Idem est in perduellio-  
nis criminis reo l. 31. §. fin. ff. d. donat.

Th. III. Solvitur veris creditoribus sanx mentis & justæ x-  
tatis Vultej. lib. i. jurisprud. c. 53. etiam invitis l. 30. ff. d. solut. Ha-  
redibus eorum quin recte solvatur dubium non est, cum in jus ob-  
ligationis succedant l. 49. l. 81. §. 1. ff. d. solut. Procuratori tam ge-  
nerale quam speciale mandatum habenti l. 34. §. si Tit. 3. in fin. ff.  
d. solut. Adjecto solutionis gratia quoque solvitur l. 12. §. 3. ff. d.  
solut. adeo ut qui illi solverit, ipsi Creditori solvi se intelligatur l.  
13. C. eod. Tutoribus durante tutela administratione, l. 29. ff. d.  
solut. Curatoribus l. 14. §. 7. ff. eod. Filii familias & servis, qui mu-  
tuis dandis exigendisque pecuniis propositi sunt, vel liberam pe-  
culii administrationem habent, recte solvitur, l. 49. ff. eod. Pos-  
sessori alienæ hereditatis recte solvantur ea, que ab ipso ori-  
ginem obligationis habent, licet ex rerum haereditiarum admi-  
nistra-



nistratione pendeant l. 34. §. 9. ff. d. solut. Substitutio si solutio per errorem sit facta, & instituto deliberante, postea ad ipsam hereditas devoluta fuerit, causa condictionis evanescit, & liberatio debitoribus contingit l. 96. §. fin. ff. d. solut.

Th. IV. Furiosis vero ob mentis exilium, prodigis ob prodigalitatem, & pupillis ob facilitatem etatis mentisque imbecillitatem, & Minoris ob fragile & infirmum hujusmodi etatum consilium, & multis captionibus expositum sine tutorum curatorum ve autoritate solvi non potest, l. 15. d. solut. Minoribus restitutio nis beneficio adversus solutionem sibi factam jura subveniunt l. 1. C. si advers. solut. Pupillis & minoribus hac in re de jure Saxonico accensetur mulier, ita ut absque mariti alteriusve Curatoris consensu & autoritate illi tuto solvi non possit, Landr. lib. 1. art. 31. vers. Kein Weib ic. nisi sit Ducissa, Comitissa, Abbatissa & similes illustres foeminae, regalia habentes Rulg. Ruland. de commissar. & commiss. cam. imper. part. I. lib. 1. c. 29. n. 6. vel si mulier sit mercatrix Carpz. p. 2. c. 15. d. 16. Q. Si duo de pecunia alteri elocata concer tant, an solutio sit facienda ei, penes quem instrumentum obligacionis reperitur? Affirm. cum eo modo de possessione crediti sufficienter constet, utique sine causâ hanc ipsi auferri nequit, Carpz. lib. 1. resp. 4. plura vide apud D. Freyerum tract. d. solutionib. cap. 3. Sequitur ut agamus de Tempore solutionis.

### CAPUT III.

DE

## PECUNIA STATIS TEMPORIBUS SOL VENDA EX CONVENTIONE.

Th. I.

Quando de pecunia solvenda certum tempus non determinatur, debitum purum est, ex quo statim oritur aetio, adeoque debiti petitio l. 41. d. V.O. quanquam humanus creditor non statim cum sacco paratus venire debet l. 105. d. solut. considerata in primis quantitate pecuniarum solvendarum, & adhibita discretione, quae est sol omnium rerum argendarum Sigism. Scacc. d. camb. §. 2. qu. 7. gloss. 5. n. 4. Quando vero partes inter se convenient, & paciscuntur



tur de certo tempore, quo pecunia solvatur, isti pacto standum est  
l. 23. ff. d. R. I.

Th. II. Possunt ita pacisci, quos integra pacisciendi libertas manet; sive fiat per semetipso, vel mediare per alios, qui sunt in potestate, uti sunt filii famili. l. 17. §. fin. ff. d. pact. vel servi §. 3. In instit. per duas person. qui vero sunt extra potestatem, habent tamen mandatam rerum administrationem, recte paciscuntur, uti sunt procuratores, l. 33. §. 1. l. 43. d. procurat. Tutores, Curatores & similes l. 15. ff. d. pact.

Th. III. Qui verò in contractu adjicit pactum de certo tempore, intra quod pecunia solvatur, debet id liberè facere, cum uti nemo invitus tam ad emendum, quam ad distrahendum l. 11. C. d. contrah. emt. & vend. ita nec contrahens potest compelli, ut ad pecuniam statis temporibus solvendam paciscatur l. 13. §. 1. ff. commun. pred.

Th. IV. Pacto ita convento, ut pecunia statu tempore solvatur, nata quidem est obligatio ante diem, actio tamen est in suspensiō l. 44. §. 1. d. V. O. Joh. Meichsner. tom. 2. decis. 3. n. 7. & 8. ita ut promittens se decem Calendis Martii soluturum die demum adveniente posset conveniri, Menoch. conf. 92. lib. 1. Quod tamen aliquando antevertitur in' casu, ubi debitor, qui promisit v. c. octo annorum spatio singulis annis solvere 50. si per tres quatuorve annos committere solitus sit moram, potest per creditorem ante diei adventum petit condemnari ad solutionem adveniente die & tempore faciendam, quia morosus semper präsumitur Matth. d. affl. & decif. 279. Cache ran. decif. pedemontun. 130. n. 9. & 10. vel si decoctio sequatur creditores pro creditis ante diem agere valet, per ea, quæ habet Rot. Genuens. decif. 207.

Th. V. Debitor statu temporibus ad solutionem obligatus potest ante diem, si velit, creditor etiam invito solvere, cum tempus regulariter promissoris gratia adjiciatur l. 17. ff. d. R. I. ibique D. Preses l. 41. §. 1. in fin. ff. d. V. O. ut eo modo hic gratia & favori pro se introducto possit renunciare citra ullam alterius injuriam, maximè cum & beneficium citeriore solutione ipsi conferat; & cum in obligatione pura statim debitum peti possit, proinde invito recte solvatur, ac liberatio contingat l. 9. C. d. solut. ut dubitandum non sit, quin & in obligatione in diem, in quane quidem peti potest, quod



quod debetur, recte solvi possit; cum tempus intermedium totum promissori ad solvendum sit concessum l. 70. ff. d. solut. l. 38. §. 16. ff. d. V. O. cum quovis opportuno loco promissor solvere possit l. 39. ff. d. solut. Donell. ad l. 41. n. 46. d. V. O. ita ut statim solvere possit d. 70. cum statim debeat s. 2. Inf. d. V. O. & huic sententia adstipulatur JCtus iiii. 137. §. 2. in fin. ff. d. V. O. verb; quod in diem debetur, ante solvi potest. Si vero conventum sit, ut debitore particulatum solvens simul usuras residui solvat, & velit totam summam solvere statim temporibus alias solvendam, simul id, quod interest, & futuras etiam usuras, usque ad destinatum solutionis diem, omnemque utilitatem, qua creditori obvenire poterat, si solutio ad diem destinatam fieret, offerat D. Richter. p. 2. decif. 73. n. 5.

Th. VI. Dicta in præcedenti thesi ita sunt accipienda, usque ante diem solvi nequeat, si tempus creditoris gratia præstationi facienda sit statutum, modo id ipsum vel nominatum comprehensum sit, vel ex evidenteribus argumentis appareat l. 122. ff. d. V. O. l. 43. §. Pergamus 2. ff. d. legat. 2. vel si timor adsit mutationis monetae D. Richter. decif. 73. n. 9.

Th. VII. Conventio de pecunia statim temporibus solvenda quandoque non ipsam solum respicit solutionem, sed & securitatem ejus, quae est in constituto pignore, ita ut speciale per sequenti hypothecam exceptionem excusionis non posse opponi velint per textum in Nov. 112. c. 1. §. ab hoc autem litigiosi 3. non obstante Nov. 4. c. 2. ubi disertis verbis statuitur, quod adversus pignorum possessores non possit perveniri, nisi excusso prius principali debitore. eam enim Nov. de generali solummodo hypotheca loqui dicit Cujac. lib. 8. obs. 19. vers. scio quidem. & ita teste Hahnio ad Wesenb. ff. d. distract. pignor. n. 1. responderunt Jcti Helmstadienses: Erachten auf die erste Frage für recht/ daß die Consulenten H. B. als tertium possessorem der auf dem gekauften und constituirten Unterpfand stehenden Tagezeiten / wie auch darauf gewachsenen Zinsen halber / non / excusso prius principali debitore / hypothecaria zubelangen befugt. Denn ob wohl in Nov. 4. c. 2. verordnet / daß sothaner Glaubiger / wiförder/ den Principal-Schuldener belangen und ausklagen solle / So hat doch solches in viele Wege seinen Absfall / und befindet sich in beygefügten Kauff-Briefe / daß das Hauf den vorigen Verkauf ferns

fern / wegen ihres Nachstandes specialiter verfchägt und verschrieben.  
In welchen Fall Rechtens / daß der tertius possessor die hypothecam  
entweder fahren läſſen und immision leiden / oder aber den Credito-  
rem seiner Forderung halber contentiren und befriedigen muß.  
Quamvis sint, qui existimant, quod Imperatori sermo sit in d. Nov.  
112. de speciali caſu, scil. quando debitor rem nōmittatim hypothec-  
suppositam lite contra ſe à creditore mota alienavit, nec ex preio e-  
jus creditoris ſatisfecit, quod tunc licentiam habeat creditor rem à de-  
bitore venditam vigore d. Nov. 112. à tertio posſeffore vindicare, do-  
nec ei pro debito ſatisfiat D. Franzk. refol. 12. n. 97. alias malitia de-  
bitoris lite pendente rem specialiter obligatam alienantis, ingens ni-  
mis in ordine agendi præjudicium afferret creditori. Utut enim in  
lite maneret debitor iſte, & utut creditor in eā superior exiſteret, ea-  
dem tamen ipſi (creditori) noviter tela pertexenda eſſet, qui novo  
processu adverſus novum posſefforem opus haberet, & ubi novus  
hic processus inchoatus, novus posſeffor procul dubio excuſionis  
opponeret exceptionem, atque denuo mifero creditori redeundum  
eſſet ad debitorem principalem: quem personali actione per ali-  
quot menses aut annos etiam examinatum, ſi non ſolvendo depre-  
hendiffet, tandem penè tot moris vexato creditori liceret hypothe-  
cam perfequī, niſi novis interim modis rem implicuſiſet ſui juris te-  
nacifimus posſeffor. Ad hoc igitur malum evitandum æquum vi-  
sum Imperatori, ut remedio aliquo creditori ſuccurratur, licentiam  
proinde hoc in caſu in d. N. 112. creditori dedit, ſine prævia princi-  
palis debitoris excuſione contra tertium agendi. Magnif. D. Struve  
differit d. excuſionis exceptione tb. 29.

Th. IIX. Si quis cum altero pactus eſt pecuniam statis tempo-  
ribus ſolvere, obſtrictus eſt praefare fidem & ſervare terminos,  
Muß dī Termine halten und die Tagezeiten abſühren / cum nihil tam  
congruum fit fidei humanae, quam ea, qua inter eos placuerunt fer-  
vare l. i. pr. ff. d. paff. niſi forſan nova interveniat cauſa, ut ſi bel-  
lum oriatur, & ſuperior mandet, ne hosti quicquam bello durante ſol-  
vatur, quo caſu mandatum ad illud tempus, quo bellum inter Su-  
periores geritur, reſtringendum eſt, vel dicendum, quod, licet ita debi-  
tor, quamdiu in territorio ſui Principis degit, à Creditore efficaci-  
ter conveniri nequeat, & ſic civiliter non teneatur, maneat tamen  
nihi-



nihilo fecius in foro conscientiae firmiter obligatus *can. 3. can. 23.*  
*quaest. 1.*

Th. IX. Pactum de solvenda termia aliter, ut loquuntur, pecunia; in iis contractibus, ubi de re alienanda agitur, id operatur, ut istius rei dominium transferatur §. 41. *Inst. d. rer. divis.* nisi dominium rei venditae eousque expresse venditori fuerit reservatum, donec pretium integrum solveretur ab emtore Dunozet *decis. noviss.* *rota Roman.* 221. n. 2. quale pactum insignem præbet utilitatem teste Cæpolla *cant.* 142. n. 2. vel etiam potest venditor adjicere legem, ut emptor rem venditam usque ad pretii totalis numerationem nomine venditoris possideat precarium per text. expressum *in l. 20 ff. d. precar.* velsi quis ad solutionem particulariter accipiendo dolosè inductus fuisse, & postmodum appareat accipientem ære alieno obrutum esse, dominium salvum remanet apud tradentem D. Struve *Syntagm.* *jur. civil. exerc.* 8. *th. 31.* omniaque ei jura in re v. gr. vendita competunt, quæ alias vero Dominio Carpz. p. I. c. 28. def. 18. adeo, ut si adhuc res extet, in concursu creditorum à venditore præcipi & vindicari possit Gail. *cent. 2. obs. 15.* Et prædictis casibus vindicare rem non solum ab ipso emptore licebit, sed etiam contra tertium possessorem, in quem forte mox pecunia parata alienata fuerunt merces, valide rei vindicatione experiri concessum Carpz. d. l. d. 19. cum enim in emptorem, cui fides non est habita, aut si habita, dominium tamen ob enarratas ante causas penes venditorem remansit, nihil sit translatum de dominio, utique nec postea tertius possessor ab eo dominium consequi poterit, quod nemo plus juris in aliud transferre queat, quam ipse habet l. 54. & 120. ff. d. R. I. D. Richter. *decis. 87.* n. 8. & seqq. D. Stryke *differ.* d. fide habita cap. 5. n. 33.

Th. X. Quibus ita præmisitis dicendum est, quod debitor statis temporibus promittens solutionem, si in mora sit, neque solvat residuum eo tempore, quo præmissum est, dominium rei venditæ & traditæ ad priorem dominum non revertatur, D. Stryk. d. l. n. 45. nisi pactum commissorium venditioni fuerit adjectum, & quidem sub verbis directis, ut puta: nisi pretium solutum fuerit intra statutum tempus res sit inempta, & liceat eam venditori vindicare, ita enim pretio non soluto dominium ipso jure ad venditorem reddit l. 4. C. d. part. inter empt. & vendit. & fides ad datum usque terminum duntaxat ha-



bita censetur D. Brunnem. ad Wesenbec. quest. 2. tit. d. lege commisar.

Th. XI. Accipiens rem frugiferam, pro qua pecuniam statim temporibus solvendam promisit, quamdiu tempora illa currunt ac fides habetur, ad usuras pretii intra dilationem conventum non soluti non tenetur Brunnem. ad l. 3. C. d. act. empt. nisi ab initio expressè ita fuerit conventum, ut pecunia terminaliter, uti loquuntur, etiam usuris solvantur Sigism. Scaccia d. commerc. §. 1. quest. 7. part. 2. ampl. 8. n. 150. & seqq.

Th. XII. Casus est: Debitor qui promisit statim temporibus solvere pecuniam, in mora est, nec solvit; Creditor debitorem in iudicio de solvendo convenit, atque executivè agit. Hie offert res immobiles, arbitrio judicis astimandas, cum non habeat paratam pecuniam; imo illa ipsæ res nomine pecunia veniant, uti thes. d. dictum est. Creditor renuit eas res accipere, Q. num debitor ad paratam pecuniam præstandam præcisè teneatur? Affirmatur, & ita teste D. Richter. vol. 1. decis. 397. responderunt Dnn. JCir. Jenenses anno 1667. Ob nun wohl so viel die Frage betrifft: das lateinische Wort pecunia latè extendiret, und nicht allein von Gelde, sondern auch von andern Sachen verstanden wird. Gedd. in l. 4. d. V. S. m. 7. Dennoch aber und dieweil (1) ausdrücklich baar Geld in dem Recept versprochen, cuiusmodi dictio an baaren Gelde censetur ad exclusionem aliarum rerum apposita esse, ut per eas solutio fieri nequeat. Wesenb. conf. 263. n. 3. & seqq. Christoph. Besold. thesaur. pract. tit. B. n. 1. vace baar Geld und denn (2) bekannten Rechten; quod aliud pro eo, quod in contractu promissum est, invito alteri solvi hauit possit l. 16. l. 17. C. d. solut. ibique DD. So ist auch in diesem Fall die Zahlung mit dem versprochenen baaren Gelde zuleisten.

Th. XIII. Debitor pecuniam certo definitoque tempore non solvens in mora constituitur, teneturque præstatæ usuræ, ita ut expressa creditoris interpellatione opus non sit, cum illi lapsus æque ac in aliis in diem obligationibus pro homine satis interpellet l. 12. C. d. contrab. stipul. quia hic mora sit in re, quæ ex solo tempore tardæ solutionis contrahitur l. 3. C. in quib. caus. integr. refit. dies obligationi adjectus interpellat pro homine l. 77. ff. d. verb. oblig. l. 23. ff. d. O. & A. Et Mevius p. 3. decis. II. n. 6. dicit: in magnis emplo-



emporis mores introduxerunt sepius talem observantiam, ut qui ad tempus  
merces recipiunt, die auf Zeit kauffen, post quartum, sextum aut octavum  
mensis solvere debant. Cessante post hos solutione incipit usurarum debi-  
tum, sicut e contra, qui ante tempus illud solvit, deducit pro quovis mense ex  
pretio ratam usura, quam mercatores rebat vocant. Quando stipulanti  
quis promisit se soluturum too. proximo primo Januarii, aut nisi sol-  
verit, penam addat, se daturum duplum, lapso die, si creditor non  
interpellaverit, agi potest ad pœnam; nam quando dies & pœna in  
obligatione est, purgatio moræ non admittitur, sed dies interpellat  
pro homine Trentacinq. lib. 3. resol. 33. Arumæus in trattat. d. mora.  
c. ult. n. 8.

Th. XIV. Si vero incertum indefinitumque tempus ad sol-  
vendum præstitutum est, debtor interpellatione demum creditoris  
justè interpositâ constituitur in mora, & ad usuras pretii ad interpel-  
lationem non soluti, obligatur. Franzk. ad tit. d. solut. n. 433. Cautius  
ergo agit creditor, si statim ab initio de usuris pendente dilatione sol-  
vendis sibi propiciat, ut tunc illa non minus ac pretium ipsum licite  
exigi possunt l. 5. C. d. patr. int. empt. & vend. ita quidem, ut si in ven-  
ditione hæc promissio facta sit, per pactum contractui in continentia  
adjectum ipsa actio venditi d. l. 5. C. d. patr. int. empt. l. 7. §. 1. ff. d.  
patr. Si vero per solemnum stipulationem, actio ex stipulatu ad illas  
petendas obtineat l. 1. C. d. judic. Carpz. p. 2. c. 30. d. 13. Scilicet ma-  
gna est differentia, si sors solvatur & absque protestatione accipa-  
tur, & postea interesse sive usuræ ex morâ peti velint; & quando  
sublatâ per solutionem sortis petitione usuræ petantur ex stipulatio-  
ne aliave conventione; Priori enim casu non potest superesse petitio  
usurarum ex morâ debitum l. 49. §. 1. ff. d. action. empt. l. 4. C. depo-  
si. quia solutio accepta sine protestatione purgat moram præceden-  
tem, & quod est consequens, commissam præcedentis moræ pœnam  
diluit l. 8. in fin. l. ult. ff. d. eo quod cert. loc. aliud dicendum, si credi-  
tor sortem accipiens de usurarum petitione protestatus fuerit, solet  
namque protestatio conservare Jus protestantis l. 4. §. 1. ff. quib. mod.  
pign. vel hypoth. solv. Posterior vero casu, quando usuræ non ex  
mora vel officio judicis, sed ex pacto aliave conventione debentur,  
ex jure petuntur sublatâ licet per solutionem sortis petitione, quia  
hoc casu usuræ principaliter magis quam accessione in stipulationem



vel conventionem sic deducuntur sunt, ut omnimodo nullâ etiam contractâ morâ debeantur l. 38. §. penult. ff. d. usur. ideoque non accessoriâ sed principaliter sunt in obligatione, quæ non potest videri sublata ex solutione fortis, quia solutio non tollit aliam obligationem, quam in cuius causam facta est l. 49. §. 1. ff. d. abt. empt. Carpz. d. i.

Th. XV. Purgari tamen mora potest, si tempus modicum præterfluxerit, post intermissionem solutionem l. 12. §. ult. ff. d. recept. arbitr. quale tempus ad arbitrium judicis refertur, qui pro varietate circumstantiarum sive casuum illud astmet Menoch. d. arbitr. judic. quæst. lib. 2. cas. 7. Purgatur quoque mora termini prorogatione, si ve dilatatione data per se & principaliter ex benevolâ & gratuitâ indulgentia creditoris, jus suum urgere nolentis gloss. ad l. 32. ff. d. usur. vel si creditor pactus fuerit ne ob moram commissam teneatur debitor l. 26. C. d. fidejuss. quia quilibet favori pro se introducto renunciare potest l. pen. C. d. pact. vel si casus fortuitus superveniat, & morosus non sit in culpa l. 2. §. 6. ff. si quis cauit. non obtemp. vel si difficultas solvendi existat, mora purgatur, l. 10. verf. idem juris ad L. Rhod. d. i. a. quid enim imputari potest ei, qui etiam si solvere vellet, non potest l. 17. §. 3. ff. d. usur.

Th. XVI. Quamvis jurans se stato tempore soluturum, si non solvit, perjurus est, D.D. in c. significant X. d. testib. si tamen quis impediatur vi majori, ut solvere planè non possit, à perjurio criminè liberabitur; in juramento enim semper excepta censetur autoritas legis & superioris ut perjurus non fiat, qui propter autoritatē legis vel superioris, non potest juramento satisfacere l. fin. in pr. ff. ad municip. l. 6. §. pen. & ult. ff. d. jur. patron. & ita præceptum judicis, ne solvat ad diem constitutum, excusat debitorem à perjurio, Jason in l. fin. ff. qui fatusd. modo debitor mandatum illud non procuraverit Anton. de Gamma dec. 289. n. 4. D. Præses in diserr. d. novâ causa cap. ii. thes. 4.

Th. XVII. Terminus solutionis etiam juramento firmatus si per creditorem prorogatur, debitor perjurium non incurrit, quia juramentum præstitum in favorē partis remittit Deus, remittente parte c. i. d. jurejurand. & c. ii. d. sponsalib. Si ergo ante terminum fit prorogatio per creditorem, non incurritur pena perjurii, imo non incurritur, nisi tempus quoque prorogatum sit elapsum, cum pena perjurii legalis sit, quæ non potest ante elapsum terminum committi, & ter-



termino prorogato juramentum quoque prorogatur secundum Jansonem in l. Labeo ff. d. jurijurand.

Th. XVIII. Prorogato tamen ita termino per creditorem, juramentum, pignora & pena promissa, ceteraque partium conventiones consentur esse prorogatae, nec secus, ac si res adhuc infra primum obligationis terminum consisteret, secundum Innocent. & Hostiens. in o. præterea d. appellat, nam terminus cum suis accessoriis videtur prorogatus. Quæ intelligenda sunt de illis accessoriis, quæ dependent ab ipsis contrahentibus. Secus igitur, si ab aliis, licet contractui intervenerint. Proinde si fidejussores adhibiti sunt, aut pro debitore res suas amicus pignoris loco constituit & obligavit, prorogatio termini per creditorem facta, non parit prorogationem fidejussorum, vel pignorum rerum alienarum, nisi fidejussores, vel pignorum domini consentiant prorogationi. Quæ itidem intelliguntur, quando fidejussores se obligavit ad certum tempus, puta ad annum, & tunc anno elapso amplius non tenetur. Quare in prorogatione illius termini denuo intervenire debet consensus fidejussorum, alioqui non obligabitur. Secus si fidejussores obligavit se pure, licet in certum terminum destinata sit solutio; nam tunc termino prorogato, etiam eo ignorante, non liberatur fidejussores, quia si & lapsus terminus, & nulla facta fuisse prorogatio, nihilominus fidejussores remanserint obligati. Igitur per termini prorogationem non censetur, neque dici potest liberatus, sed semper remanet in primæva sua obligatione, ex qua pure, & sine ulla termini vel temporis præfinitione se obligavit, Panormitan. in c. constitutus, circa finem, versic. extra gloss. querere de fidejussoribus. Illustrissim. Dn. Frider. Schenck. Liber Baro à Tautenberg. in viridar. conclus. juridicar. conclus. 22. & 23.

#### CAPUT IV.

DE

PECUNIA STATIS TEMPORIBUS SOL-  
VENDA tam ex LEGE, quam ex NE-  
CESSITATE.

Th. I.



si manus est in ergo id respon Th. I. dicitur obగօրօց զւմա՞ս

Creditori particulariter und uss Tagezeiten solvit ex legis dispo-  
sitione, quando ille pro parte accipit volens, ut reliqua pars sal-  
va maneat, obligatio enim eo casu extinta non est, sed durat adhuc,  
cum totum debitum sit solvendum Bartol. & Jason in l. siquidem C. d.  
transact., cum nemo in dubio donare præsumatur l. 25. ff. d. probat. &  
animus donandi semper sit declarandus, alias potius error, quām  
donatio præsumatur Mascard. d. probat. conclus. 54. n. 5. & conclus.  
639. n. 10. Sic Recess. Imper. d. anno 1654. certa usurarum pars  
est remissa, reliqua, quarta scil. adhuc solvenda, etiamsi illa non  
statim, sed post decennium aut si sors intra decennium fuerit solu-  
ta, post quatuor denum annos exigi possit; nam & illud quod in  
diem debetur, efficax est debitum d. Recess. Imper. §. die verflössene  
und noch unbezahnte / vers. Wofern aber / ibi: So soll der Schulz  
diger das residuum dieses  $\frac{1}{4}$  innerhalb den Nachfolgenden &c. &  
in jamjam adduento Recess. Imperii tres partes usurarum præteriti  
temporis, ob præcedentis bellii calamitates debitori remittuntur,  
tantum autem abest, ut hoc ipso tota usurarum præteritarum ob-  
ligatio sit extinta, ut illa potius expresse quoad reliquam usurarum  
partem creditori in d. Recess. reservetur; limitata enim causa, limita-  
tum producit effectum D. Lauterbach. differe. d. Residuo thes. 7.

Th. II. Beneficio legis per certos terminos solvitur ob favo-  
rem libertatis, si v. g. servus liber jubetur sub conditione: si decem-  
hæredi dederit, tunc heres per partes solutionem accipere tenetur  
l. 4. §. 6. ff. d. stat. lib.

Th. III. Emphyteutæ & patrimonialium fundorum posse-  
sores non tenentur pensionem anni totam una vice solvere, sed par-  
ticulariter tantum, tribus tamen vicibus possunt solvere; ut tamen  
pensio totius anni ante Idus Januarii sit soluta l. 4. C. d. collation.  
fundor. patrimonial. lib. n. & ita fiscus particularem solutionem ad-  
mittere tenetur Mevius in discus. levamin. cap. 4. sect. 9. n. 5. vel, quod  
certa pensionum tempora non sint, ut autumat Jacob. Cujac. ad d.  
l. 4. vel, quod fiscus suum facilius consequatur, ut vult Caballin.  
part. 1. milleloqu. c. 264. cum facilius sit, plures particulas Separatim  
expedire, quām totam summam pensionis debità representare Joh.  
Zanger. d. except. part. 3. c. 2. n. 30.

Th. IV.



Th. IV. Si debitor partem debiti fatetur, alteram negat, Creditor partem confessam accipere, de reliqua vero litigare cogitur. l. 2r.  
f. si cert. petat, quia praetoris est, diminuere lites, minuitur autem, quia materia litis minuitur, ut in igne Brunnen. ad. d. l. ut proinde liquidum & certum debitum statim solvendum, sed de illiquido assecratio sit offerenda, per nudam reprobationem, si dives, aut cautionem, si suspicio contra ipsum sit. Natta *conf.* 101. n. 3.

Th. V. Per legem Imperii Germanici universalem, solutionis distinctis vicibus praestanda approbata est *Recess. Imper. d. anno 1654.*  
§. So viel nun / ex qua multum levaminis sentiunt illi praeprimis debitores, qui tricennali ista belli scœvitia infortunioque facultates amiserunt, & ad inopiam redacti sunt, ubi istis ab anno 1657, usque ad annum 1664. Mens. Maj. liberum relinquitur, forte particulariter & ad summam pro quantitate debiti septem distinctis terminis solvere, creditoribusque necessitas solutionem eam accipiendi imponitur, in verbis: §. als aber ein Creditor nach Verflessung erstigemeldeter von dato dieses Reichs-Abschieds (1654. 17. Maj.) angerechneten drey Jahren / die Auflindigung thäte / soll dem Debitori in denen nechst darauf folgenden sieben Jahren frey stehen / und zugelassen seyn / die Capital summan particulariter und auf gewisse nach dem die Summa gross oder klein ist / proportionirte billich mähige 2. 3. 4. 5. 6. oder zum höchsten 7. Termin &c. der Creditor aber solche anzunehmen schuldig seyn. Id tamen limitatur eo casu, quando Creditor se cum familia aliter, nisi ipsi creditum restituatur, exhibere nequit, ut debitor beneficio isto non fruatur; siquidem ab aquitate absolum esset, debitorem superbire de alieno, creditorem contra, qui tamen benē de eo meritus est, suis carere & inopiam laborare d. *Recess.* Wenn auch sechstens der Creditor vor sich und die Seinigen keinen Unterhalt oder Rettungs-Mittel hätt / soll ebennähig denselben diese das Capital concernirende Verordnung, jedoch salvo judicis arbitrio, nicht im Wege stehen.

Th. VI. Princeps, vel superior in Republica, potest consideratis circumstantis indulgere debitori calamitoso & absque sua culpa ac incitas redacto ut particulariter solvat, & per rescriptum injungere creditori, ut particularem solutionem accipiat, qualis decisio in aquitate & potius charitate Christiana consistit; Nec enim fieri unquam potest ut charitate



illa erga debitores calamitosos parùm considerata æquitas servetur, quam tamen in primis hoc casu attendi necesse est. Nam quid iniquius, quam debitores calamitate belli bonis suis spoliatos rigorosa executione ulterius spoliari? quid iniquius, quam facultatis suis lapsos ad restum penitus redigere? quid iniquius, quam debitoris satis jam afflictis ulteriore addere afflictionem? l. 14. d. offic. præsid. l. antep. C. d. pœn. l. 4. §. quid ergo ff. ad L. Rbod. d. jæt. Carpzov. in asylo debitor. ad init. redactor. th. 56. Satius enim est Creditorum jura ex parte diminui, quam Reipublicæ salutem totaliter inverti. Eò pertinet Edictum Philippi Regis Hispaniarum anno 1587. in provinciis Belgicis belli calamitate vastatis publicatum, quo calamitosis & depauperatis debitoribus in multis prospexit, nempe si in annuis censibus hypotheca inutilis fuisse, remissio daretur omnium annorum, quibus seri, meti, aut habitari non potuisset; In redditibus vero alii, quibus subfasset personalis obligatio, exigi quidem illi quirent, at cum multi afflicti per id pessundari possent, damna que divisa minus lèdant, si quisque de publico malo aliquid sentiat, ex æquo & bono Rex edixit, ut ubi notabilis jactura debitoribus obvenerit, dilatio tribueretur congrua; ubi vero omnibus proventibus exciderint, remissio fieret ad ratam temporis & proportionem jacturarum, habitâ ratione status conditionis debitorum, qui jus ipsa proficiat remissio. Assum. in telo necessitatis fol. 57. & seqq. Carpz. d. l. th. 57.

Th. VII. Conditionis tamen creditorum habenda est ratio non minus quam debitorum; ut proinde rescripta Superiorum tam humanitatis quam pietatis de se præbeant specimen, & egenorum necessitati medeantur, ac creditoribus aliquod saltum vel mediocre solarium afferant Novell. 32. in fin. & 34. si enim in pari causa eset eridor cum debitore, favorabiliores erunt partes actoris, qui suum petit & de damno avertendo agit, quam rei, qui restitutio- nem detrectat, l. proculis ff. d. damn. infest. Ut & conditio miserabilium personarum, viduarum scil. orphanorum, alumnorum, cau- farum piarum aliarumque misericordiæ dignorum spectanda & trutinanda est, ne minus debitoris favor duram illis afferat miseria, & jam afflictos magis affligat. Cum enim hi creditores, dicente Carpzov. d. l. th. 87. nullo vitæ genere aliò victum acquiri



fere & de quotidianis alimentis sibi prospicere possint, nec proinde sua à debitoribus exigentes de ullo lucro captando, sed saltem de fame & damno notabili avertendo agant, magis propterea ipsis, quam aliis creditoribus, facultates suas amplificare laborantibus, favendum erit; & nunquam calamitas debitoris tam firmum ei praestabit praesidium, quin creditorum privilegia, de quibus piæ causæ & miserabiles personæ gloriari queunt, id expugnent, ex communi juris regulâ, quæ privilegii exercitium contra alium privilegiatum prohibet l. sed & milites ff. d. excusat. tur. ubi testatur eam sententiam esse Dnn. Scabinor. Lipsiensium Darbey ferner jura Hospitalium, Ecclesiarum, Viduarum, Alumnorum, Orphanorum, und anderer miserabilium personarum in gute consideration zu ziehen. Dann ja dieselben zum öfftern nichts ferner zu ihrer Unterhaltung und alimentation im Vermögen haben / als ausgeliehene Gelder vor derer Interesse, auch wohl von dem Hauptstaat selbsten / sie einig und allein zu leben / dero wegen die execution wider die debitores nicht zu verzögern / noch damit zurück zu halten.

Th. VIII. Similiter particularis solutio certis personis ex privilegio competentiæ, uti vocant, competit, seu ultra non tenentur solvere quam possunt, & ne egeant, sed ut res ad alimenta ipsis necessaria relinquuntur l. 30. ff. d. re judic. l. 173 d. R. 3. quales sunt Parentes §. 38. Inst. d. action. Patroni eod. §. & l. 17. d. re judic. Maritus d. l. 17. & 20. d. re judic. Milites l. 6. l. 19. d. re judic. Donatores l. 19. §. d. re judic. Debitores, qui bonis cesserunt, quoad bona postea quæsita §. fin. Inst. d. action. Socii non solum univerorum bonorum, sed etiam unius negotiationis, & hoc ob vinculum fraternitatis l. 63. ff. pro socio, si cum his judicio societatis agatur §. 35. Inst. d. actionib. Milites in militia stipendia merentes l. 18. ff. d. re judic. quibus communis DD. schola annumerat quoque Principes, Comites, Barones, Nobiles, vitam licet in bello non transfigant D. Struve Syntagm. jur. civil. exercit. 44. th. 19. ubi in aestimatione deductionis, ne Princeps egeat, non solum id respiciendum, quantum pro vietu, vestitu & comitatu secundum dignitatem illius requiratur, sed etiam, quantum ad salario eorum, quorum consilio & operâ utitur, constituenda necessarium est Manz. patrocin.



*trocin. deb. dec. 3. quest. 4. n. 119.* plures vid. apud Lauterbach,<sup>in</sup>  
*dissert. d. benefic. competent. tb. ii. & seqq.* Quibus personis particula-  
rem seu certis temporibus facere solutionem ex speciali privilegio  
permisum est Lauterbach, *dissert. d. Residuo thes. 9.*

Th. IX Sunt tamen personæ, quibus legalisista indulgentia  
particularis solutionis denegatur, uti sunt decoctores, seu qui bo-  
na sua dilapidant, velita negligenter tractant, ut nulla spes super-  
fit, ipsos ad pinguiorem fortunam peruenturos, nisi & hi credi-  
tores suos idonea cautione reddant securos, vid. Recess. Imper.  
d. anno 1654. §. Anreichend die künftige Zins.

Th. X. Necessitatis & impossibilitatis intuitu particularem  
solutionem statis temporibus faciendam Creditores permittunt se-  
pius debitoribus suis per paetum; quod si illud à majori creditorum  
parte cum debitore est initium, & à prætore decreto confirmatum,  
præjudicium facit reliquis etiam creditoribus; si enim major cre-  
ditorum pars ob singularem integri debiti consequendi difficulta-  
tem quoad partem debiti totaliter remittendam præjudicium fa-  
cere potest, quidni idem facere possit, quoad dilationem solutionis?  
cūm is qui potest plus, possit etiam minus l. 26. ff. d. R. J. Quo casu  
reliquis quoque creditoribus, qui in illud paetum non consen-  
sunt, sit præjudicium, ita ut illi quoque majoris partis exem-  
plum & hoc paetum sequi cogantur, neque plus, quam remitten-  
tes vel solutioni tempus indulgentes exigere possint, l. 7. l. fin. l. 10.  
ff. d. paet. sed solidum vel totam summam petentes exceptione pa-  
eti pro rata temporis à majore parte creditorum indultam repel-  
lantur David Mevius in *discuss. levam. inop. credit. cap. 3. n. 201.* Qui-  
nam vero hoc casu dicantur Creditores respectu majoris partis,  
& quatenus eorum jura debeat esse aequalia vid. D. Lauterbach,  
*dissert. d. prejudicial. paet. remissor. major. part. credit. tb. 16. & 64.*

Th. XI. Qv. Num annui redditus pro parte possint redimi? Ita quibus-  
dam placet per c. i. Extravag. d. emt. vend. ubi proponitur, quod census  
cum paeto de retrodendendo celebratus fuerit, cum conditione in-  
ter alias, ut redimi per partes posit vid. Molin. d. justit. & jure tr. 2.  
d. 397. n. 7. Verius tamen est, quod census per partes redimi non  
posit; redemptio enim census est species solutionis, jam vero parti-  
cularis solutio, uti supra monstratum, regulariter non est admitten-  
da l. 41. §. Lucius l. ff. d. usur. Carpzov. p. 3. c. 24. d. 15. n. 8. nisi ab initio a-  
liud



liud inter partes fuerit conventum, Carpz. lib. 5. respons. 97. n. 8.

Th. XI. Huc pertinet consuetudo, qua in contractu locationis conductionis merces singulis quadrantibus, von Quartal, zu Quartal solet solvi, qui mors regionis attendendus est, l. 34. ff. d. R. I. cum alias si certo tempore sit locatus usus, merces finito demum locationis tempore sit exsolvenda, tum quia dies semper pro debitore adjicitur, l. 42. d. V. O. tum quia locator ante tempus locationis prædefinitum contractum ex sua parte non implevit arg. l. 3. §. 8. d. action. empt.

## CAPUT V. & Ultimum.

DE

## ACCIDENTIBUS PECUNIÆ STATIS TEMPORIBUS SOLVENDÆ.

Th. I.

Quamvis sacerdos lucrosum videatur, si pecunia statim temporibus solvenda major offeratur quantitas, judex tamen non solum quanti, sed etiam temporis rationem habebit l. 85. ff. d. solut. præsertim si interius deducto residuum pretii particulariter solvendi non supereret pecuniam licitoris paratam, Hartmann. Pistor. p. 2. qu. 97. n. 8. & 9. Elegans casus est quem habet Carpzov. in Asyl debitor. ad incitas redact. tb. 45. 212. Finge: Licitatum fuisse aliquem 7000 florenos in parata pecunia solvendos, alium vero 16000. florenos, attamen de praesenti tantummodo 3000. residuum vero, quod est 12000 particulariter & annuatim quidem 350 florenos præstare & exsolvere promisisse. Si jam inter eos, quodnam pretium alterum supereret, controvertatur, factò computo & detractis de residuo usuris, iisque annuatim ex solutione particulari proportionaliter diminutis, ad oculum apparet, priorem licitatem parata sua pecunia posteriorum multum superare, veluti in hac facie specie respondit Facultas Juridica Lipsiensis in anno 1644. in causa H. D. I. K. Ehreweibes contra L. I. K. Kinder anderer Ehe: Nec non Scabini Lipsienses eodem anno & mente: Es haben sich aber in abgewichenem Septembri dieses Jahres auch L. K. Kinder anderer Ehe angegeben / und 16000 fl. auf das Gut P. licitiret, jedoch nur 3000 fl. baar zuerlegen / und den Hinterstand jährlichen mit 350. fl. abzutragen. Ob sie nun wohl in denen Gedanken begriffen / daß diese



Ihre Summa euer Gebot der 7000 fl. baar Geld umb ein ziemliches  
übertreffe/ und dannenhero ihnen das Gut vor Euch zu adjudiciren.  
Dieweil aber dennoch ihr angegebener modus calculandi ganz ir-  
rig / in deme nicht die Zinsen auf einer Angeld zu rechnen / sondern nach  
Art und Natur des Interusuri alleine von ihnen noch nicht gezählten  
Tagezeiten jedesmahl abzuziehen / und so dann das übrige nebens des-  
sen 2000 fl. welches sie zu Angelde zu zahlen / zu addiren / und solche  
Summa mit euren 7000 fl. zu conferiren / welches/ wenn es geschicht/  
eure Post umb ein hdyers derer 2. Kinder ander Ehe licitirtes pre-  
tium übertrifft. So wird Euch berührtes Gut umb die darauff ge-  
fasste 7000 fl. baar Geld billich adjudiciret und zugeschlagen V. N. W.  
Et juxta hanc sententiam non saltem in Scabinatu Electorali mul-  
toties, sed etiam in Senatu Appellationum Dresdensi pronunciatum  
esse testatur Carpzov. d. t.

Tb. II. Neque est quod quis dicat, seposita hâc interusu-  
rii computatione plus comodi accedere Creditòribus ex qua-  
nto pecunia distinctis terminis solvenda majori, scilicet quia tra-  
etu temporis satisficeri posset creditoribus etiam posterioribus. Re-  
spondet Carpz. d. I. hoc in contingentì versari, nec valere quen-  
quam hoc iis spondere, tum quod Creditòribus primis unà cum  
forte etiam usuræ rei judicata sunt præstandæ, unde quantitas pre-  
tii residui haud parum minuitur, tum quia post tot annos multa  
accidere possunt, quibus spe suâ creditores frustrantur, & si non  
aliud metuendum foret periculum, vel hoc unicum tamen am-  
biguum rei eventum reddet, quod multis casibus adversis, defun-  
cto præsertim debitore, promissum solutionis sèpius non nisi pro-  
cessu juris sumtiuissimo ac molestissimo ad effectum deducatur,  
quod impetratò litis expensæ lucrum quandoque superant, & vi-  
ctoriam reddunt inanem, si non planè processus causam ita in-  
volvat, ut nimis serò damnum ex licitatione pretii distinctis ter-  
minis solvendi innotescat, quod in primis accidit, si domus vel  
prædium licitatione ejusmodi comparatum, ad tertium pervene-  
rit successorem, qui depauperatus id rursus sub hastâ vendere  
ne cessum habeat, quo sanè casu, si pro ratione temporis ac fundi-  
mentioriati minus offeratur pretium, res ad pristinum statum redit,  
nec posteriores Creditores quicquam spei retinent de sua satis-  
factione. Id quod Dnn. Scabini Lipsienses in prædicto casu probè  
pon-



ponderarunt, ibi: Zugeschweigen / daß die von ihnen beliebte Tag-  
Zeiten sich auf sehr viel und beylauffig in die 40. Jahr hin erstrecken / woraus fast abzunehmen / daß dieses Gebot arglistiger Weise  
geschehen / entredet euer prioritatisches Recht umb ein grosses der  
baaren Zahlung nach zu schmählern / oder doch nur von der jährlichen  
Ruzung die Tage- Zeiten jedesmal abzutragen / und also umb ein  
liederliches / nicht ohne euren und der andern Creditorum Nachtheil an  
sich zu bringen / und sich also zur Ungebühr mit euren Schaden zu be-  
reichern / dannenhero auf so viel lange Jahr die Tag- Zeiten zusezen  
mislichen / damit nicht jedesmal / insonderheit bey den künftigen Suc-  
cessorn sich neue Streitigkeiten diffals ereignen / diese Sache in infi-  
nitum protrahiret und lis ex lite gemacht werde.

Th. III. Si inter contrahentes actum, ut pecunia statis tem-  
poribus v. g. singulis annis ad 10. usque solvatur, & interea mu-  
tatio à Principe fiat circa monetam, vel augendo vel minuendo,  
erior est sententia, tempus contractus esse inspicendum, sicuti  
in mutuo, si moneta mutatio contingit, sive in bonitate id fiat  
intrinseca, sive extrinseca, secundum eam bonitatem est facien-  
da, quæ fuit contractus tempore Gail. lib. 2. obs. 73. n. 3. Tabor.  
*in relat. argent. 19. n. 5.* Ludvvel. *ad Wesenb. d. R. C. verb:* atque etiam eodem  
valore. Magnif. D. Struvius. *Jurisprud. forens.* lib. 3. tit. 4. apb. 10.  
in primis quia pacifcens verisimiliter de monete mutatione non  
cogitavit; contractuum autem pacta sunt de illis intelligenda, quæ  
tunc apparent, non quæ futura sunt.

Th. IV. Ponamus: Conventum esse in redemtione censu,  
quod per partes redimatur. vid. cap. 4. tb. II. Q. An eo casu credi-  
tor eogi possit quartam, quintam, aut exiguum partem sortis acci-  
pere, an vero debitor, si velit solutionem dividere, teneatur omnino  
dimidiam partem creditori sive emptori præstare? In hac questione  
multum interesse putat D. Lauterbach. *dissert. d. resignation. sortis th.*  
40. an ab initio convenerit integrum esse debitori, in quacunque  
parte velit redimere censum, daß dem Gult Verkauffern frey stehet  
solle / so viel Er an dem Capital ablösen wolle / solches zu thun; An vero  
hoc actum sit inter contrahentes, den Gult Verkauffern erlaubt seyn  
solle / das Capital gar oder zum Theil abzulösen. Priori casu stan-  
dum



dum esse pactioni, tenerique emptorem sive creditorem exiguum quoque partem s. oblatain accipere: quod enim per partes census redimi non potest, sed simul, illud est in favorem creditoris sive emtoris introductum. Jam vero quilibet favori pro se introducto renunciare potest, per l. pen. C. d. pat. Posteriori casu, probabiliorem videri illorum sententiam, quod debitor dimidiā fortis persolvere, nec minorem partem possit compelli creditor accipere. Hoc enim inter partes tantum convendum est, ut censum, vel in totum, vel pro parte redimere licet: Partis autem appellatione in dubio venit dimidia pars arg. l. 45. ff. d. ususfr l. 164. §. i. d. V. S.

Th. V. Quando locus solutionis expressus non est, idem præstitutus videtur, in quo contractus fuit celebratus l. 1. & ibi Costal. & l. 4. ff. de eo, quod cert. loc. Unius diff. 4. d. processib. n. 5. Si vero de loco convenerint, conventioni standum est. Quid, plurala loca sint in instrumento obligationis inserta, distinguedum est, an copulativè, an vero alternativè: Illic in utroque loco potest fieri solutio pro dimidia parte arg. l. 2. §. 4. ff. d. eo quod cert. loc. Henr. Zoef. ad eund. tit. ff. d. eo, quod cert. loc. n. 9. copula enim virtus est distribuere in partes Brunn. ad l. 2. ff. d. l. Si alternativè, tunc electio nem regulariter habet vendor, quo in loco solvere velit arg. l. 2. §. 3. ff. cod. namque in alternativis electio est debitoris l. plerumque f. d. pat. dot.

Th. VI. Si particulariter staticque temporibus facta solutio allegatur, non sufficit debitorem solutionem allegare, sed eam etiam plenè probare convenit l. 1. ubi Cynus, Salycet. C. d. probat. Probata vero solutione quantitas juramento debitoris est definita D. Tabor. in relat. Argentorat. 48. n. 8. Tunc vero ad hujusmodi juramenti suffragium recurrendum est, cum aliæ legitimæ probationes deesse noscuntur, textus est in l. 3. ibi: impia probationum C. d. reb. credit.

TANTUM!

---

### Corollarium.

Uerum is, qui alterum vocat leporem, posse actione injuriarum conveniri? Vid. Dionys. Gothofred. ad l. 9. pr. ff. d. injuriis. add. Schupplius d. opinione.




Jena, Diss., 1681

(X, 2403652)

VDT





# Farbkarte #13



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-383174-p0029-9



G.20. num. 20. ~~22~~  
1681/17<sup>b</sup> 24

DISSERTATIO  
DE  
**CUNIA**  
**S TEMPORIBUS**  
**SOLVENDA,**  
Von  
**ag = Seiten /**  
*Quam*  
PRÆSIDE  
**O MÜLLERO,**  
andect. Prof. Ord. Scabinat.  
ac Facult. Jurid. Assessore,  
in  
*Editorio Jctorum.*  
publicè ventilandam proponit  
**UEL HENRICUS Hase/**  
Gautenburgo - Osterlandus.  
*ad d. Junii 1681.*  
**E, Literis EHRICHIANIS.**

KENFRIED  
UNIVERS.  
ZV HALJE

